



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et  
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1647**

§. 13. Quadrupedum, & loquentiu[m] bestiarum monstra.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)

deinde eius, quorsum prodigium tenderet, explorantibus, augures responderunt, Omnium illum mortalium futurum ditissimum. Nec vana predictio extitit; nam Midas cunctosum panem regum opes abundantia pecunie antecessit: infantiaque, incunabula utili deorum munere donata, onustis auro atque argento gazis pensavit. Omittam hinc L. Sullae & Hostilij Mancini, itemque Ti. Gracchi & Tarquinij Superbi, nec non Cræsi, ominosos magis, quam monstrosos angues: vera monstra futuri nuncia percurram.

## §. XIII.

*Quadrupedum & loquentium bestiarum monstra.*

Coi dicunt, in pascuis Nicippi tyranni, quem peperisse: Peperisse autem non agnum, nec agnam, sed leonem. Atque id Nicippo, qui tum privatam adhuc vitam agebat, futuram tyrannidem portendisse. Ita quidem scribit Ælianus. In exercitu Xerxis, quem adversus Graciam contraxerat, equa partu leporem editum constat, eodem montem Athon vix tandem transgresso. Quo genere monstri tanti apparatus significatus est euentus. Nam qui mare classibus, terram pedestri operuerat exercitu, ut fugax animal, pauido regressu

Idem &  
Herodotus  
lib. 1.

Ælian.  
lib. 1. va-  
riar. c. 29.

Val. Max.  
l. 1. c. 6.  
n. 1. ex-  
tern. &  
Herodot.  
lib. 7.

*regnum suum repetere est coactus. Bestias quoque locutas supra diximus. Et caussam fuisse grauem necesse est, quæ bestiis linguam soluit. Nimirum, more Fæcialium, bella Romanis indixerunt P. Volumnio, & Seruio Sulpicio Coss. Bos namq; mugitu in sermonem humanum conuerso nouitate monstri audientium animos exterruit; quod Orosij supputatione an. 202. ab vrbe condita contigit: quanquam id etiam alias dicatur contigisse. Enimuerò & canes legimus locutuleios esse factos. Ita enim scribit Plutarchus, Cimon Atheniensis, cum suos, contra Cyprios, aut Ægyptios, pararet milites, & iam in littore maris constitissent copia, horrenda illi species oblata est. Vidit enim canem quendam lacesbitum latrare, & inter latrandum vera humana voce uti. Astyphilus igitur Possidoniates vir vaticini peritus, eiq; familiaris, mortem, ait, hanc sibi speciem præfagire. Quod etiam Mauritio Imperatori equus repente collapsus præfagijt, vt paulò post docebo.*

Plutarah.  
in Cimo-  
ne.

§. XIV.

*Præfaga hominum monstra.*

Sed humana monstra præcipuè hunc sibi locum vendicant. Nam illa, vt sunt præci-